Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quo & inluminentur ad agnoscendum & inflam
mentur ad diligendum dm̄ praedicando ministrent.
Per olei namq; pinguidinem quae & lassi atq; infirm
artus recreantur. & gratia praestatur luminis.
Interna sepe dilectio mentis & opus misericordiae
designatur. Hinc & enim psalmista. ego aū sicut
oliua fructifera in domo dn̄i speraui in misericordia dī
mei In aeternū & in sctm scti. Ac si patenter dicat.
Ego quia misericordiae fructum indigentib; exhibui
mihi quoq; in aeternū ad ō rependendam misericor
diae gratiam speraui. Ergo filii israel offerant
oleum. Aaron uero & filii eius allato igne conpo
nant lucernam quae ardeat in tabernaculo dī, Offe
rant humiles auditores deuotionē piae mentis. & mi
nistri sermonis doceant eos caelestis arcana scientiae,
Quib; regularit̄ instructis & in conspectu sui condito
ris igne caritatis ardeant. & hominib; foras lucē
bonae actionis ostendant. Notandum aū q, non
indifferent̄ oleum offerre filii israel. sed cū distinctio
ne oleum de arboribus oliuarum praecipiuntur.
Et insup addit̄ purissimū piloq; contusū, Sol &
namq; oleum mystinū. sol & rafaninū. sol & de nuce
uel de lino aliisq; diuersi generis species; fieri. sed
nullum offerri lic & in tabernaculo dī. nisi qd de lignis